

The Robert E. Schlueter – Paracelsus Collection

Rare Books Collection

1561

**Peritissimi et eruditissimi synceraeque veritatis vindicis,
Theophrasti Paracelsi, Liber de dupli anatomia, cura & vigiliis
doctoris Adami à Bodenstein collecti & publicati, cuius epistola
praefixa ... demonstrat causam aeditionis, summamque, totius
tractationis.**

Paracelsus

PERITIS=
SIMI ET ERVDI=
TISSIMI SYNCERÆ=
Q'VE VERITATIS VINDIC
cis, Theophrasti Paracelsi,
liber de duplice ana-
tomia.

Cura & uigilijs doctoris Adami à Bodenstein,
collecti & publicati, cuius epistola præfixa ad
reuerendissimum principem & dominum, domi-
num Gulielmum Beckli à Becklißau,
demonstrat causam æditionis,
summamq; totius tra-
ctionis.

Αριχς ήγ Απέχα

REVERENDISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
Domino VVilhelm Beckli ab Beckliſſouu, pri-
marij Archiepiscopatus Magdeburgensis Ca-
nonicorū præposito dignissimo, principi clemen-
tissimo, Adam à Bodenstein philosophie &
medicinae Doctor, Salutem per IESVM
CHRISTVM pre-
catur.



Onstat uetusſiſſimam eſſe
confuetudinem & ubique
gentium a bonis uirtutis non
ſine magnis cauſis cōpro-
batā, ampliſſime princeps. ut libros
ædituri in lucem, dedicarent & aſcri-
berēt hominibus, qui uirtute, autho-
ritate & potentia longe cæteros pre-
ſtarent. Primi enim homines rudes
& ſimplices, ſparſim cùm habitarēt,
quoties uel res diuinas, uel natura-
les, uel mores honestos docerent,
ſuam doctrinam confirmabant ma-
gnorum uirorum authoritate, quos
etiam

etiam Heroes & Deos uocabat. Talium ergo calculo, scripta aut institutiones comprobata, cunctis uidebantur uera & utilia: Hac ratione complures coniungebantur arctissimo necessitatis vinculo. Deinde autem, ubi hominum uitia uehementer excreuerunt, & inuidia contentionibus coperit flagrare, prauifamos libellos, in magistratum, certasque personas suppressis authorum nominibus scripserunt, factum est, ut non modò omnes cogerentur sua nomina scriptis addere, sed etiam certis documentisque uiris eos tanquam foetus sive animali proprios fructus iudicados offerre et dedicare, ut ita extinguerent hæc genera scribendimala. Tertia accessit causa, etiam non leuis: Quoniam hil sit ita sanctum & perfectum, quod non maleuolorum detibus rodatur, quesiuenterunt sibi huiusmodi dedicationibus patronos, qui cum suis, ab inuidorum omniumque sycophantarum ca-

lunis & morsibus uenenosis, ipsos
tuerentur: Quod Pythagoras philo-
sophiam ex Aegypto in Italiā tra-
ducens ubi negligeret, coactus est
Seruio Tullio regnāte, sibi cœnobī-
um instituere, & clam docere, unde
a potētibus, eius schola & doctrina
sublata est: Magnū enim et p̄eclarū
est, magnis & laudatis uiris placuisse.
Postremo, excellentissimorum ē-
tiam uirorum mores totamq; uitam
conati sunt eiusmodi dedicationi-
bus, tanquam optimis testibus con-
firmare, & uitam, studia, totamq; fa-
miliā posteris imitanda proponere,
quo cōstaret, quibus in officijs, quā-
toq; animi uigore uixerint, & qua ra-
tione potissimū excoluerint animū,
hominis præstantissimā partē: Non
enim omnibus omnia cōueniunt, at
similia similibus recte cōiunguntur:
Ego etiā magnifice præful, cūm om-
nes dedicandi causas ponderarē, &
me cum diligenter deliberarem, cu-
iusnam

E P I S T O L A

iusnam patrocinio hoc opusculū do
Etissimi uiri Theophrasti in publicū
prodīret, primus haud immerito oc-
curristi, qui authoritate propter ge-
neris eximiā nobilitatem, & singula-
res tuas uirtutes plurimū apud om-
nes polles: Quis enim non admirat,
illam p̄eclarām tuam iuris sciētiam
& tūlū certam experientiam longo
usu comprobata: quī totum ius ita
in actiones honestissimas produxi-
sti, ut uideat illud in te uiuere: Quis
etiam non amplectitur & prædicat
tuā in familiaribus colloquijs & ne-
gotijs suauissimam comitatem et hu-
manitatem: In publicis sumimā pru-
dentiam, fortitudinem in rebus diffi-
ciliis administrādis, in cōfilijs dan-
dis afflictis & oppressis iuuandis mi-
ram promptitudinem: que uniuersa
cum alijs præclarissimis donis, inui-
Etissimus IMPERATOR CARO-
LV S Q VINTVS considerans, præ-
cæteris uiris nobilissimis, te in rebus

administrandis sibi auxilio esse uoluuit, tribuitq; officium & uicem tene res Marschalcki imperij, quo pluri mos annos maxima cum laude fun ctus es: Sed hæc, quia nō solum om nibus Germanis, uerū toto orbino tissima sunt, ne mea oratione ie iuna tuarum uirtutum laudes potius extenuem & imminuā, quam amplificem & extollam, nihil de ipsis dicam præter hoc unicum uidelicet, quod cernā eas uehementer exornatas e gregia naturaliū rerum cognitione, qua ueluti lumine clarissimo nō so lum prælukes uiris generofissimis, sed etiam doctissimis, qui se se philo sophos profitentur: Hæc aliaq; nō nulla inquā animo dum uoluerem meo, & medicæ artis scientissimi, Theophrasti librum de anatomia statuerem omnibus communicare, nullus inter omnes mihi uisus est patronus futurus commodior ipso, qui & rem intelligeret, & eam faci le no-

E P I S T O L A

Ie nominis existimatione tueretur:
Quod consiliū & propositū meum,
ut ad finem perducerem, non po-
test dici, quantum uir eruditione
nō uulgari, prudentia & sapientia
admirabili, dominus HENRICHVS
FALKNER, clarissimæ urbis BASI-
LIENSIS Cancellarius dignissimus,
doctorum uirorum Mecænas opti-
mus, me incitarit, & currenti (ut pro-
uerbio fertur) calcar addiderit, quo-
ties tui mentionem facere solet, cu-
ius authoritas non immerito mul-
tum apud me nostrosq; ciues ualet:
Nam & ipse optime meretur de no-
stra Rep. & maiores ipsius summas
dignitates nacti plurima beneficia
in ipsam contulerunt: Hic inquā uir
grauis & facundus, ualde tuas solet
prædicare uirtutes, & specimen earū
præsens ostendit: Quoniā tradidisti
ipsi aquam Chymica arte extractā,
quæ homines crudelissimo morbo
Apoplexia correptos & prostratos,

cito reficit ac plerūq; erigit, ut alii
quoties in nostris ciuibus magno cō-
modo & multorū admiratione ex-
perti sumus: Quia in isto multisq; a-
lijs morbis exquisitis, cernimus eui-
dentissimē, crassam nimisq; cōposi-
tam illam mēdīcinā parum aut omni-
no nihil prodesse: At syncerā & sub-
tilem, à fecibus suis purgatam, cele-
riter penetrare uiresq; salutares de-
monstrare. Hæc enim est anima &
uita rerum, quæ pauca existit quanti-
tate, actione autem ampla & ingēs,
ut īndies magis ac magis experiētia
iudicandi ratione certissima disco:
Nam aliquot annos (ut ingenuè fate-
ar) hanc præstantissimā physice par-
tem, īsaniens cum īsanis odio per-
sequutus sum, quōd allegoricē & oc-
cultē scripta non intelligerem, nec
ipsas rerum iucundissimas formas ui-
derem: Nunc autem aliquo illustra-
tus lumine, quotidie magis magisq;
huius rei, speculacione coniuncta a-
ctioni

E P I S T O L A

Ctioni, incendor, videoq; modo ue
ra fiat separatio rerum arte Spagyro
rum) res inueniri sua uissimas & uti
lissimas, in quibus contemplari licet
mira omnipotentis Dei opera, quæ
pleriq;, dum non uident nec intelli
gunt, turpissimè ridēt & contēnunt,
ignorātia etenim horrida bellua sem
per uerae scīētię repugnat, & prauus
animus pauca cognoscens, omnia
persuadet sibi, se scire, & quæ igno
rat arbitratur ea aut nō esse uera, aut
nullius momenti: Natura enim, mali
blandiuntur sibi, suisq; uitij; fucum
quærūt, & cristas erectas difficilime
dimittunt, qui profecto non conce
dent, nos ex melle syncero aquas &
olea distillatione unquā posse sepa
rare, quod tamen re uera efficere no
uimus: Quid dicerēt, si oculis cerne
rent sales cuiusuis generis ascēdere
alembicum, ut sapor & odor perma
neat in aquis: Hac arte salis armonia
ci aquā extraximus, que retinet acro

rem, totumq; saporem sui salis, & est
summè penetratiua, adeò ut aurum
ducat siue dissoluat in uerissimum
līquorem, fermē cāerulei coloris: Co-
rallos paucis dīebus, re, rusticis &
pauperrimis notissima uilissimaq;,
non toxica, naturaliter dissoluimus,
& in līmpidissimum līquorem uer-
timus, qui nemini nocet, & omnes
corporis partes celerrimè penetrat,
easq; naturali uigore reficit: Hoc
profecto modo coralli debent su-
mī, non silices aut imminuti, aut in
puluerem digestioni nō subiectum
redacti, qui ut sumuntur, ita ejciuntur
abscq; ulla concoctione, & ipso-
rum natura integrā, postquam cor-
pus penetrarunt, permanet: Et si
concedamus aliquid ipsos corallos
siue calculos, corpori humano pro-
desse, qui unā cum excrementis ej-
ciuntur, Quanto magis ipsa sub-
stantia, anima, totāque uirtus reso-
luta, & ita præparata, ut facilimè in-
tegris

E P I S T O L A

tegris qualitatibus omnia membra
queat transire, & re ipsa profusa na-
tura corpus recreare, & conserua-
re, nocentia arcere & abigeret. Que
licet magna & uelissima sint, tamen
longè mirabiliora utilioraq; repe-
riuntur quotidie. Inuenimus artem,
qua, hominem uiginti integras an-
nos laborantem morbo caduco, li-
beramus: Medicina hæc adeò est
mitis, naturalis, corporiq; cōueniēs,
ut eam sanus bībo absque ullo in-
commodo. Quid obsecro, mirabi-
lius & efficacius in morbis curan-
dis, quam olea uitriolata, colchota-
ris, antimonij, sulphuris, uini, & a-
liorum complurium? quoniam effe-
ctus uarij & præclarissimi describun-
tur, cum alibi, tum in Theophrastii
bellis de uita longa, quos anno pro-
ximo Serenissimis & Amplissimis
Dominis meis V E N E T I S, obtuli,
typisq; mandauit. De his oleis
medius fidius multa paſſim scri-
buntur

N V N C V P A T O R I A.

buntur falsa et uana, ut experientia didici: Quo sit ut etiā homines profecto nō pauci, prudētes & eruditī, inq̄ arte hac non mediocrit̄ uersati, nūc sint persuasi, hęc aut nūquā posse fieri, authumano ingenio non inueniri: Vnde p̄t̄er suā opinionē aliqua si uideant, ualde mirantur, quorum ē numero est uir genere nobilissimus, rerū experientia peritissimus, Dominus VINCENTIUS MAGIUS BRIXENSIS, ciuis Basiliensis, & amicus noster charissimus, qui saepe me inueniens Chymica tractantem, in magnā adducitur admiratio- nem, quo duenerādē senectutis iam septuagenarius animaduertat miros effectus rerum arte p̄parādarum, & intelligat maximas & efficacissimas uires in corporū penetralibus latitare, quas Deus omnis boni cau- sa, hominib. per certos artifices utēdas tradit: Hęc liquor ille tuus, cuius antea fecimus mentionem, mani fe-

E P I S T O L A

festē in paralīsim, morbū diffīcillīmū
probat: Ex quibus non duntaxat cla-
rē constat, te omnes artes & disciplī-
nas amare, doctos souere & promo-
uere, Verū etiā in hac subtiliori phi-
losophia plurimum delectari, alījsq;
prōdēsse: Quod hercle piū studiū &
humanum, egregiē me incitauit, ut
hos de anatomia libellos, contrahen-
di gratia tecū uir generosissime, ma-
iorem arctioremq; amicitiā, tibi de-
dicarem: In quibus, Anatomiam du-
plicē autor proponit, alterā rudem
et facilem, quā localem appellat, alte-
ram subtilem & aliquanto diffīcilio-
rem, quam Eſſlatani uocat: quarum
illa hactenus sola à doctis & indo-
ctis celebrata & in usū habita est:
Hanc uerò longē prestantiorem aut
prorsus intactam reliquerunt, aut
ueritate coact ialia tractando ita ob-
scure notarunt, ut nemo eam in rerū
natura existere deprehenderit: Illius
quidem periti non carent sua laude,
quod

quod discant & doceant partiū cor-
poris situm, ordinem, & cognationē
in cadaueribus dissecandis, quibus
cognitis, facilius iudicare possunt,
quodnam membra doleat, & que
partes cognitae afficiantur, attamen
talis est, (quemadmodum testatur
etiam Andreas Vesalius) ut lanij at-
que carnifices longē sint magis in
ea exercitati, quā pleriq; medici, &
uulgas facile, modo aliquoties inspi-
ciat resolutionem siue dissectionem
partium, discere eam possit. Altera
uerò non querit suam doctrinā ex
mortuis, in quibus pleraq; principa-
lia sitū uerū, & formā amittūt, sed
uiuens, uiuis docet, quæ requirit in-
genium, diligentiam & simul multa
rum rerum peritiam, causarum co-
gnitioni coniunctam: Est enim om-
nium rerum naturalium, quatenus
sympathia conueniunt & cohærent,
ad suam communem naturam de-
fendendam scientia: Quoniam nul-

E P I S T O L A

la existit res in tota hac uniuersitate,
quæ non cum alijs complurimis uin-
culo naturali sit cōnexa, & alijs mul-
tis repugnet: siquidem omnia Her-
culeo uinculo cohærent: Omniaq;
uicissim Vatiniāno odio disiungun-
tur , quo euenit , ut similia simili-
bis currentur, & contrariorum con-
traria sint remedia , quod res con-
cordes & eodem iugo complicatæ,
uires suas communicant , suis sup-
petias ferāt, & uno studio eodemq;
modo contraria arceant ac expellāt:
Est enim cognatarum rerum, maxi-
mis etiam interuallis distantium, u-
na eademq; naturalis forma , qua
conueniunt , non aliter atque di-
uersæ formæ in eodem communī ge-
nere, quod infinitis exemplis pro-
bare possumus, sed unum nobis suf-
ficiet, declarandi gratia . Ut cerebri
locus , situs , quantitas , externaq;
forma cum membranis & neruis,
per localem anatomiā haud magno-
labo-

N V N C V P A T O R I A.

laborē inuestigare licet: Ceterū quę extra minorem mundum siue hominem in amplissimo mundo, unā eam demq; anatomiā naturalem subeāt, nemo cognoscet, nisi omniū mundi partiū, naturale uinculum, ipsi actio ni coniungat: Nam cerebrum habet stellas, astra, certasq; cœli regiones, et partes sibi cognata, quę recte si ha bent, & ipsum cerebrū simul cōmu ni natura bene afficitur, Sin minus, & cerebrū patitur, quod animaduer tere quiuis potest, in certis cerebri morbis, qui diuersis temporibus sœ uiunt: Deinde inter elementa unum esse cōiunctum cerebro, non solum cūctis cōstat, sed etiam partes aëris, aque, & terre miris modis ipsi cōdu cere: Propterea aliquando homines misere afflicti malis cerebri, in alijs ac alijs locis cito curantur, & aquis in pristinū restituuntur statum. Cer nimus etiam flumina, fontes & ther mas aliquot, cerebro prodesse, Ali quot

E P I S T O L A

quot uicissim nocere, propter unā
& eandem aut dissimilem naturam:
Aliqui eleuantur omni languore u-
nici cognati auxilio, quod multis ui-
detur fieri miraculose. Quis non mi-
ratur mummiam certasq; hominis
partes suis similibus adplicatas, a-
deo præstia esse remedias: Inter bru-
ta diuersa cū sint genera, multæ spe-
cies cōmunione cerebro utilia sunt,
eiusq; naturam in prima origine for-
titæ. Complures quoq; brutorum
partes certissimo fœdere ipsi cere-
bro obligantur: Nemo sanæ mentis
etia dubitat, quin arbores, frutices,
herbæ, eorumq; partes quampluri-
me reperiantur, quæ cerebro auxilia
res manus præsent: Veteres nō ci-
tra certam causam planetas corona-
rias habuere: Postremo, metalla lapi-
des q; esse infinita numero, amica ce-
rebro, obsecro aliquantum uersatus
in chymia quis non uidet: cum mul-
ta cerebri figuram & formā in exter-

nis referant, quæ omnia non solū re-
ctè parata & sumpta intrīsicè, cere-
brum male infectum reficiunt ac in-
priorem naturam reponunt, imo e-
tiam sola appensione aut uapore cu-
rant. Hoc modo indoctissimi empi-
rici, aliquando unius rei cognatio-
ne mira præstant, sibiq; nomen &
thesauros cōparant, Qui iterum tur-
pissimè aberrat, quod rei uerā anato-
miā ignorēt, & cerebri quæ sunt, cor-
di admoueāt, stomacho, aut pulmo-
ni aut cuiuis corporis parti. Quēad-
modum enim cerebrum nec in ma-
nibus aut pedibus quærit Localis a-
natomicus, ita nec Essatus capitalia
cuiuis corporis parti administrat: Et
uno ore quanuis sumantur medica-
mina etiam diuersissimi generis, ta-
men unumquodq; ad sibi similem
rendit partem: similia similibus con-
gratulantur: Ita & liquor tuus proba-
tissimus, naturaliter cerebri uentri-
culis conuenit, qui eius præsentia
propter

EPISTOLA

propter communem essentiam & amicitiam efficacem, dum periclitantur, miris recreantur modis, qualis refectio non sit alijs rebus æque calidis, siccis, frigidis, humidis, tenuibus aut etiam crassis, uerum concorde natura solummodo: Quia auxilio multorum aduersa pars longè facilius uincitur. Ergo ut ipse paracelsus inquit, Nemo debet iactitare se anatomicum esse, ubi cadauer aliquod, in quo nullus uitæ sp̄iritus existit, difficare nouit: Sed is potius, qui callet uiuam rerum conuenientiam cum toto corpore & eius partibus: Sunt enim aliqua, quæ omnes præcipuas partes corroborant, in hac & tuam amplitudinem uersatū, non tantum ex liquore antedicto colligo, sed ex alijs quamplurimis, qua ingenium excoluit & experientia multa probauit: prudentes ac periiti stupenda animaduerto posse ostendere, quod uarias hominum cu-

N V N C V P A T O R I A.

ras audiuerint & experti sint: Sic milites præclara in castris ad finem deducunt, quæ nec medici nec Chyrurgi efficere possunt: Rustici in agris, ab brutis animalibus plura huius anatomiae discut obseruatione, qui optimo nouerunt, non quasuis terras proferre quasuis plantas: Hi causas cum ignorent, nec experientiam auxilio memoriae in artem redigunt, pauca posteris relinquunt, licet semper vestigia adpareant. Tua autem clemencia, si memoria repeat ea, quæ de tali anatomia uiderit, legerit, audiuerit, & in ea experta sit, procul dubio iudicabit hoc opusculum doctum, utile, & Theophrasto nostro in arte medica uniuersaque philosophia peritissimo & doctissimo dignum, qui nonnulla quidem obscurè tradit, quod nouas artes, nouis uocabulis doceat, quam obscuritatem ego certe aperto planoque sermone conatus sum explicare & illustrare, sed auctoris

E P I S T O L A

choris mentem ubique retinere uolui,
& exemplari usus sum ualde intricate
to. Itaque si ueritatis studiosi (quos iu
uare cupimus ac in rectam uiam de
ducere) aliqua repererint, non ita
perspicua & manifesta, ut ipsi uelint,
nemihi uito uertant rogo. Maleuo
lis uero, qui nil nisi sua probant, con
sulo, ut omni philautia deposita,
hanc anatomiam diligenter confide
rent ac discant, quo hominibus me
lius possint prodesse: Hoc consiliu
bonum & ipsis utilissimum si asper
natur fuerint, tua singularis miradaque
authoritas, & magna potestas uerita
ti coniuncta, istos coercedit. Faxit
Deus Optimus Maximus, ut tua cle
mentia & amplitudo diu nobis om
nibus salua atque incolumis uiuat. Va
le. Ex ædibus nostris & amicorum,
Sole pertransiente. 15. gradum aqua
rij, anno M. D. LXI. Basileæ.

2000-2001

2001

2000-2001

2001

2000-2001

2001

THEOPHRASTI PARACELSI LIBER DE ANATOMIA.

CAPUT I.



Riusquam pustularū, seu morbi Gallici causa atque origo enumeretur, Anatomiae diligentem adhibuisse operam necessarium est: Cum ea, quae in methodum contemplationem, et in illam ipsam actionem curandi cadere possunt, nobisq; scitu sint necessaria, uisui adparere, oculisq; percipi debeant, prae cipue dico ea, quae in primis ad Chirurgiam attinent: Nam hinc plane sequens prodit, quae ad illarum respicit originem ratio: Extra enim pri-
mam materiā nihil nobis incumbit aliud, quam quod sola dissectione indicat. Quanquam Anatomia à uera sua origine eò relegata, ut si habet-
nus creditum, abunde, quae ad hanc spectant, ex homine mortuo, imo cadavere animaleq; irra-
tionali potius cognosci posse, attamen hanc opi-
nionem ego ridens, inanem nullisq; ueris ratio-
nibus sufficiam iudico: Tametsi & nunc non

A desint,

desint, qui hoc ipsum adhuc magni ducant, et
conetur non uulgaria inde colligere, ex qua cau-
sa Medicina in theoricam deducta, certè non si-
ne magnis hucusque erroribus ex parte corrobo-
rata est: Cùm ipsæ rationes doceant, longè nem-
pe alia, atque corpus mortuum esse disiungen-
da. Nam hoc patto, quandoquidem Anatomia
instruat quemlibet medicum, duplicum eam esse
operæ pretium est, Localem alteram, alteram Es-
sentialem. Itaque, cùm Localis una esse debet,
qua ratione in cadauere deprehendi possit, non
video, nisi præcedente Anatomiæ exterioris co-
gnitione, quam demum extinxi corporis Ana-
tomia sequi oportet. Quod si quantulacunque
saltem in uobis esset uera artis medicæ ratio, ipsi
profecto fateremini, nullam in eo neq; naturam,
neque essentiam inueniri unquam posse, quæ cor-
poris uiui idem repreſeniet. Quemadmodum
et uelstrum nonnulli non parum admirantur id
quoque, quod corporis mortuum, rationis loco pro-
poni debeat, unde aliquid sumatur, quod uiuo
profectum facere possit, expeditentes Essentiam,
proprietatem ac uirtutem omnem, quæ Anato-
miæ præcipua sunt, desiderari in corpore demor-

quo, ac penitus simul esse defuncta. Nunc ergo
hos cæteros, quibus talis perpensio in mentem
non uenit, admonitos uelim, si tatiſper uobis uī
ui corporis curæ est, eius in mortuo salutem, ne
nullo modo queratis. Altera uero quæ Es-
sentialis est, hactenus quidem uidetur intalla
permansisse: Attamen præcipuum ac professio-
nis medicæ summam intra se cōprehendit. Ve-
rūm ueluti communis iam consuetudo mala à
complurimis imbibita est, et studioſe agitatur,
ut quæ meliora sunt omittantur ac iaceant, de-
teriora uero magna industria (modo ab cauilla-
toribus adprobentur) obseruentur, ita quoque
in hac torpor ignaviaque præualuit. Optimum
enim quodque à uobis negligitur, at reliquum
magis arridet ac fortius procedit, plusque et o-
crys apud uos sentitur, quam iittericia fellina:
hincq; omnium uestrūm tam profundus ac im-
peditus cūm theorice, tum practice error, quasi
per cuniculos quosdam in uniuersam irrepit
professionem.

C A P V T II.

PRincipio, propter uestram imperitiam animis
quæ uestri caliginē oportet clarius me loqui:

A 2 de Anno

de Anatomia, et sèpius de una re quàm consueverim differere. Accipite ergo Anatomiam Localem in hunc modum, ut ex hac nonnihil quod sequenti rationi conueniat, intelligatis: Quod quidem male habituros ipsos probè noui, qui huic tantum student et abundè sufficere arbitrantur, scire videlicet quomodo pulmo et hepatis pendeat, aut qua ratione etiam reliqua sita sint. Ab caput ridiculū, si in eiusmodi rebus medica ratio uersaretur, fieri nō posset, quin ali quid uobis hinc emolumēti cōtingeret: Sed cùm corpus uiuum, uiuam quoque uice uersa obserueri Anatomiam desideret, uiua certè corpora atque huic euidem æquilibrio conuenientia accipienda declarat. Quod si Anatomiam hinc inde contemplemini probè, locum mihi detis ne cessè est, quo pari comparem. Habitus enim ac cuiusque membris substantia ei tantum signo conuenit, in quo minimū delitescit. Quocirca decet uos Anatomia querere adhuc aliam, præter eam, quam cadauer præfere fert. Neque hoc mihi uiuio uertatur iuxta uestram uobis innatam maleuolentiam, quasi diaphragma nesciam, aut uestris ad stipulari nugis cogar: Euidens namq; est ratio,

est ratio, quod multo plura ostendat uitæ Anatomia ad aliam uitam, quam si in defuncto inquiras id, quod ad uitam attinet. Quapropter eum in finem potius Anatomia obseruanda, ut quo pacto morbi in hac se spargant, qui uero locis aut regiones suis peculiaribus morbis, & quibusque non conueniant, cognoscatis eius rationem si habueritis, gloriari haud immerito potestis, aliquo modo uos philosophiae dedisse nomina, probè nimirum & exaltè indagando id, quod in primis Medici refert, nec non & pomorum quoque contemplari generationem, quæ in peculiaribus suis nascuntur locis, similiter & cupressi, atque ea in alijs locis: Nam qui hoc? An non ex Anatomia proficiscitur? Proinde obseruandum, quo pacto se ita confluenta iungat, ut eius exactam cognoscatis & rationem & originem. Vos igitur uobis proponite, uiuam Anatomiam, non istam, quæ laruis communis est, lie Etæ: ex qua nihil penitus potestis elicere aliud, præterquam quod natura extrinsecus comprehendit. Quamobrem hoc opus, hic labor est, ut maiorem isthic porrò, quam hactenus operans adhibeatis: Vbi enim primum in hoc erraturs

A 3 fuerit,

fuerit, actum erit planè, nisi forte præsens uobis ac propius suppetias tulerit Mercurius. Ad hunc utiq^m modum Anatomia Microcosmī dinoscēda est, unā cum suis locis & regionibus ēn diffis morbis: Non quod morbos locis accomodem, uerū quo erit uobis officium faciam, et res clarissima ad p^{ro}p^{ri}e uocatae uerbae rem ut Anatomia quo p^{ac}to in flore suo, ac suis exaltationibus perget, non omittatur.

CAP V T I I I.

Preterea uero & in specie anatomia dignosci debet, ueluti de auro iudicium fit, quod anatomiam suam exhibet, hoc est, membra sua, ēn tot regiones: Nihilo tamen secius uniuersum ēn uno est corpore, tame si multis miliaribus a se inuicem distet, ac longè lateq^m dispersum sit. Quemadmodū igitur aurum sic sparsum iacet, membra tamen eius candore diuisa sunt, ita quoque anatomia cognoscēda uenit. Veluti unum corpus est totus mundus, ita & morborū omnes homines unū corp^m sunt. Sed sicuti diuisio extēditur, nempe quod in una quidē uena s^{er}penumero aurū latet, ultra tamen hanc minime, eodē p^{ac}to & morbi sese habent. Veluti quoties ho

mo, toties item ciusdem uenæ minera: Hinc fieri nequaquam posse satis clare patet, ut uno eodemq; morbo universi mortales laborent, paritione, atque impossibile est, omnia terrarum genera auri esse feracia. Eius rei hoc sit exemplū: Quotquot enim sunt loca et regiones, in quibus se metalla produnt, idq; uariè, quemadmodum omnes procreationes suum habent exitum, similiter & in homine se habet: Sicut ergo nec Balus, nec Liphantheus auro potest esse conspersus, ita nec idem ille habitus in homine existēs, cardiacæ obnoxius esse potest. Neque hoc mihi malignè interpretādum, quod nos in anatomis adeo diu detineo: cùm eò me cogat uestra ignorantia, quorundamq; ueterum scriptorum immensæ nugæ. Quod si peculiariter de sola hac nobis esset (quemadmodum institueram) sermo, errores uestrros clarissimū in medium producerem, ac planè uetus nobis, ubi maxime dolet, aperirem. Cæterum, hinc non alius tantopere colligendus est fruitus, quam ut aliquando tandem relikta hac mortua anæsthesia consideret, acrem aqua (quod aiunt) lance perpendatis, quam falsè, quamq; incepit ballenus guidem

Scriptitarint, qui de anatomia sermonem texere
sunt conati, qua quidem et uos partim, partim
et illis professionem conspurcastis medicam,
at tantum non in uniuersum extincta sit, tametsi
nihil uobis restat amplius fermè, quam mendici-
tas et ars illa Histriónica, qua iactemini et
gloriemini de multis patientibus, fortuna et o-
pulentia, cum potius infortunium ijs, qui se se-
uobis credunt, imponatis, paupertatemque tum
uirium tum quoq; loculis ipsorum additis. Ve-
rūm huiusmodi præstigijs uti istos iuuat, qui-
bus perpetuus ac indefessus est ad fucum faci-
endum animus, quibusq; Barbarinum mū, quod
aiunt, contemplandum subinde ac non difficul-
ter porrigitur, non considerantes: *Quicquid*
cum laruis negotium habet, non aliud quam lar-
uam esse. *Quocirca non tam medicina, quam ne-*
fandus quidam fucus ac impostura hac est me-
ritò nuncupanda.

CAPVT IIII.

Qapropter non immerito eiuscmodi diffe-
rentias anatomiae adscribendas censeo, sed
et eandem medicæ professionis basim existi-
mo: *Quandoquidem tam uaria terrarum genera-*
sunt,

Sunt, quod nihil aliud ostendit, nisi tam uarias esse hominum, quam terrarum diuisiones: E diverso quoq; quemadmodum quævis tellus peculiari quadam fertilitate pollet, & alia aliud producit, sic etiam ex hominibus quiuis proprium suum ac peculiarem morbum fert, idq; in hanc sententiam accipere debetis, quod eadem ratione corpus humanum in tam uarias dispositum est naturas ac essentias: unde tam est impossibile ex aliquo corpore, in quo eiusmodi natura fuerit, profluum procreari, quam lutum producere aurum posse. Et cœu unicuiq; terræ peculiares sunt destinati fructus, ita & tam uaria sunt in Microcosmo quoq; corpora, tamq; uarij subinde producuntur morbi: Cæterum quicquid corporis simile est, similes item morbos exhibet, non aliter atque simile quidem solum, similia poma. Atq; utiq; hæc anatomia est, cui uos & fidem & studium adhibere conuenies est, non solum considerantes, quod hic pirus nascatur & alibi malus, ac rursum, alio loco aut quercus aut fagus: Imo potius quo pacto confluentia huiusmodi simul & una propagari permittat: Quoniam sumum & præcipuum in Medico esse duco, ut con-

fluentiam anatomiae probè intelligat, quo pacto loca & morbi inter se conueniant, non quia id citra exteriorē anatomiam fieri debeat, uerū potius, ut per eandem in confluentiam deducatur, cuius certe rationem ac intellectum ubi habueritis, haud difficulter in uestram sententiam me commouebitis: Nam ut uidetis, quod quatuor sunt essentiæ, quæ unicuique semini suum dant profectum, sic eadem ipsæ uniuersam anatomiam confluentem necesse est, id quæ ratione fiat considerate quæsio. Enim uero quemadmodum extrinsecus sese fructus exhibent, eodem quoque ordine ac norma unumquemque morbum peculiariter censeatis necesse est, nec ullam post hac mentionem faciatis uel corruptionis, uel putrefactionis, aut eiusmodi somniorum, quibus hæc tenus ita estis obruti, ut quæque pessima pro optimis, nulla habita ratione delegeritis. Porro, tametsi possit forte anatomiae diuisio contingere, ut altera in chirurgiam legetur, altera in ipsa permaneat physica, rem tamen ipsam non usque adeo ad unguem ea diuisio attingere uidetur: anatomie siquidem Geometria intellectum alia ratio ne præbet: sed & Iliadi habitus id ipsum manifestu facit, præsertim cum unū corpus existat.

C A P V T . V.

PRÆTEREA essentiarum anatomiam intelligere
maximum et præcipuum est, et hoc tantum
influvoristicæ gratia. Quid enim ex omnibus, quæ
ad medicum attinent, huic confluentiae intelle-
ctum æquipollit? Cùm præsertim citra anatomiam
natura fermè protulerit nihil, hinc factum
est, ut omnia genera ac species separauerit in se
met ipsa. Quonam igitur pacto mortuum cada-
uer secantes, extendentes, ac tam misere lanian-
tes, quicquæ ex eo acquiretis, quod uiuenti cor-
pori utile futurū sit? cùm ea quæ dissecando ca-
piare intenditus, nusquam adsint amplius? Ve-
runtamen ueluti decem sunt pomorum genera,
decem item genera pirorum, idq; uniuersum sub
una sola anatomia: Similiter quoq; et totidem
steriliæ genera sunt, ac item paralyseos et om-
nium deinceps aliorum morborum. Atque eius
generis morbos num et uos in uestra anatomia
reperitis? an hac ratione (nisi fortasse, quod con-
ijcio, uobis ita alios deludi, uolupè est) plures
quærere languentes conamini? quin potius id,
quod dudum hinc aufugit peruestigaris? quan-
quam et hoc, et omnes alijs morbi, sub una ea-

decimæ

demq; cōsistunt anatomia. Hæc duntaxat aduersum quatuor humores diela sint, qui nullum neque locum neq; rationem anatomia huius, pati queunt, neq; illa via quemadmodum foruntur ex his morborum origines contingere possunt: Cur ergo tantiſper de uestris humoribus gloria mini? quid ſic ampullas & ſequipedalia uerba ſubinde proijcitis? Quandoquidē non aliter atq; poma in ſuis loculis prodeunt morbi, et perinde ut illic, ita etiam in morborum generatione aut ſanguinem aut phlegma conſiderare fermè ridiculum eſt: Nam hoc loco ſinapium ſummans rei, & quicquid tandem hic ſcire conuenit, abunde proponit, itaq; hoc ſi carueritis, quiſ nam à uobis tandem fatuum abiget, cùm tam profundè radices egerit, ut euelli à quoquam ullo pælo nequeat? Quin & hoc certum eſt, eum, qui portis ſuos dare & adimere nucleos potest, non minus morbis quoque (non tamen consultis prius quatuor humoribus) dominari posſe: Horum idcirco ægritudinum ratio ex ſola anatomia debet ferre iudiciū, non duntaxat ex humoribus. Contemplemini quæſumus uos uel Melphila poma, crescent enim ea neq; ex cholera, neq; ex melan-

cholias,

cholia, uerū potius ex confluentia anatomiae. Huc huc adhibete nares, et olfacite, quid nā sit specificū, quod hūc fructū in radice adoriatur, idq; etiam his comparete ægritudinibus: Nam eodem pacto & morbi nascitur non sechs, quæ extellure fructus. Quapropter corpus ipsum, omniū ægritudinū quasi fundus est, ex eo namque non aliter, quim ex terra fructus, procreantur. Cūm igitur corporis fructus morbis sint, circumspicite ubi nam inuestigari debeat Sinapium, quod pro Eruca hactenus, sed falso, acceperitis. Sed quemadmodum soletis utilissima quæque spernere, ita etiam hac in re pristinam obseruastis consuetudinem.

C A P V T VI.

C Osmographiam ô uos fratres, uobis anatomicam esse admittite, nec non Tropicū cancri & capricorni, meridionalem lineam, simili ter quo ordine quatuor matres in suapte sint anatomicae sitæ: Has certe si exactè cognoueritis, Microcosmum in suo esse integrum habebitis. Contemplamini anatomicam terræ, quam disposite in ipsa cūm manus, tum pedes cæteraq; constituta sint, quinetiam percogitate, quid in hac ins

sint digiti, quid principaliora membra, atq; his similia. Et tametsi non omnia confestim ad per agendum iter uel etiam tactum composita sint, nihil otiam minus eius elementi membra sunt. Sicut enim manus & pedes suis peculiaribus funguntur officijs, ita id ipsum & fructibus in jungitur, quæq; eorum regiones sunt, consimilatione & in terra regiones percipiuntur. Aquæ porrò anatomia, quale corpus habet uide: quoniam sicuti eius membra sunt mineralia, ita etiam Tereni abin chaos membrum est, galaxa uero spina ignis.

CAPUT VII.

PRINCIPIO OBSERVA studiose quod ex elemēto aquæ procreetur gēmæ, hoc est, sui elemēti membrum, metalla quoq;, & id aliud est membrum, mineræ porrò, aliud membrum, demum et lapides & hoc ipsum aliud membrum & cetera. Sicut igitur ea membra in suis regionibus ab alijs differunt, ita etiam in homine seres habent quapropter totum mundum sui elemēti corpus esse considera. Veruntamen ut se metallorum membrum spargit in suis nimirum regionibus dissectum, nonnunquam centum miliaria æ ab æredio.

are distans, interdum aliquot stadia Saphyrus & Saphyrositus, similiter sulphur è sulphure, marmor à marmore longè lateq; dissipatus, nihilominus unumquodq; hoc unum est membrum. Eodem modo & in corpore obseruanda sunt eiusdemmodi loca, utpote, Velut mineraliū, fructuum vel impressionū loca inter se cōfluent, similiter et in corpore eius generis loca aliquib. ægritudinibus destinata sunt, ita ut oēs quidē homines tali ordine unū corp, sunt, inter quos tamē multæ & variæ regiones existunt: In alia namq; regione Hydrops cadit, quæ est impressio ignita: In alia autem Cardiaca prodit, hoc est, Manna chaos: In alijs erumpit Febris, & est impressio terræ: Similiter quoq; anatomia cuiusvis hominis potissimum per se in eiusmodi regionibus sicc se habet, Quemadmodum regionū aliquot centuriæ sunt, in quibus mineralia latitant, sic in corpore aliquot centenæ partes existunt, in quibus ulcera corrosiva iacent: Et ueluti nec extra illas regiones prædictæ minerae, ita neque ultra has partes corrosiva ulcera uspiam amplius reperiuntur: Nam ut hac in parte Bolus siue lumen corpus est, in quo nullum mineralium lo-

cum habet, simili quoque pacto et principaliora membra in seipsis tale quid minime patiuntur.

CAPUT VII.

Cum autem medicina ad amissim iuxta anatomiam rationem expertum esse conueniat aliquem, quid tandem eximij fructus cadaver nobis in uestris gymnasii, quidue selectioris iudicij daturum sit? et tamen eam ob rem tam male in me affecti estis, quod uiuam anatomiam tantopere commendem, cum tamen a me dictis rationibus non immerito fiat, cum corrosiva in principalioribus membris non perinde atque in exterioribus partibus exulceret: Hoc ipsum si (ut uos arbitramini) ex solo loco capere possem, haud iniuria gloriaremini, uagabundum me, ac errone nuncupates, meamque experientiam sinistre (ut cuncta cetera) interpretantes, cui tamen in hoc potissimum hactenus incubui, ne philosophia in universum destituerer, et mundana anatomia clarior aliquanto, magisque perspicua redderetur. Possum quoque haud immerito huc uos in hunc nostrum ordinem uocare, et ut a fundo usque altius quam sunt ulli putei cognitione haberetis, pos-

fitisque

sitisq^z unumquodq^z lutum ab alio prob^e discer/ nere, quālibet itē tellurē ab alia, quae uidelicet mineraliū magis cōpos sit, quām alia, quae ne sic eatellus, in qua Cedrus locū habeat, & alio in loco pinus, aut ubinam ex elemento aquæ Adamas pducatur, uel ubi se Iaspis exaltet, hāc Cosmographiā si non secundū literā solum, uerūm iuxta lineas naturæ apprimè cognoueritis, qui dicere queā, non esse nos Medicos? quo tamē no mine uos haellenus indignos censui. In hanc au tem massam me uix unquā pellicetis, ut aliam credam esse in physico corpore anatomiam loco eius, quæ mūdana est, aut non posse cōparari im pressiones ægritudinibus. Et pari ratione sicut haellenus non permisisti in expostulatā membro rum chaos fixationē, ita nec hūc mihi fomitem unquam extinguetis. Quod si uero nullam apud uos spē habuero reliquā, qua pedibus in meam sitis ituri sententiam, in causa est, qui uos intus & in cute ob sidet nequā, facitq^z, ut perinde animo sitis affecti, ac mendicus aliquis, cui ualeudo prospērior odiosa est.

C A P V T I X.

Quemadmodū localem prius anatomia po sui, ut in hanc sententiā intelligas, quod

B ad ægri

ad aegritudinum loca attineat, quæ nam in uno morbo consonant membra, ueluti quæ in pruritu patiātur, quæ ue in Alopicia, quæ in Hydro pisi, quæ in Aesclyte, & quæ uermes ac Ascarides foueant, item q̄ loca uitæ, quæ sint mortis, quibus in locis Mumia delitescat, in quibus ca ducus lateat, ubi nām paralysis gubernet, ubi lethargicus morbus ac reliqui denique oēs: Quod quidē uniuersum, idcirco indicatū uolui, ut per hanc instruētionē, localem anatomia intelliga tis. Veluti aurum in sua minera delitescere sci tis, ita ē regione calybis quoque ac ferri inter se differentiā probè dignoscatis, et quonam corpo re Rubinum floreat, aut quo se Berillus abscon dat, quibue pablo Karabe & Coralli exoriātur, quemadmodū sua ubiq̄ corpora non indifferen ter habeant: Et in hanc sententiā conclusum uo lo, quot quāq; uariæ sunt aegritudines, totidem quoq; esse corpora & loca, sicuti externæ quoq; anatomiae unicuiq; pcreato suū corpus, idq; pro prium ac peculiare conferunt: Ut enim Duelech argentū nō producit, ita nec Hydropisim hepar: Quocirca mortuum cadauer haud iniuria reiçī sperniāq; potest, ceu ad hanc rationē capessēdam minime idoneū, cùm cognitio isthac nō exphy sico

fico corpore perficitur, uerum potius ab extero, eius quod intrinsecum est, corporis agnitionem capias necessarium est.

C A P V T . X.

Ceterum de effata equide anatomia non nihil dicendum est, sed cur fiat, haec est, qua mouemur ratio, quod multa subinde in subiecto inquirere conamini. An hucusque non tantulum habuistis iudicij, quod nullum unquam in uita subiectum fuisse sciueritis? quid nam in eo queritis, cum sciat maius aliquod esse a quo subiectum pari oporteat? respicite queso terram, ea pinu uelit nolit suum exitum admittere cogitur: quid igitur tandem prohibere possit? An quicquam ponderis et iudicij uesira habet mendicatio? cum subiectum perinde ac morbum contemplemini? puterisque cognito subiecto rem (si dijs placet) optime gesiam. Iam opinor rationem cognoscitis: an non puduit uostam crassam Minerua praeditos, quod subiectum pro materia et causa morbi accepistis? Nunquam ne nobis suboluit, An praefectibus ludendia leis, aut chartis, aut praeuini copia subolescere non poterat quod unuquodque subiectum accidenti sit obnoxium? id si nobis admittatur, quid obsecro in-

subiecto amplius manet, quādo adhuc accidens superest? Hæc ideo dico, quod quodlibet accidens effata anatomia existit, quāvis licet in subiecto uolutemini, ut uestris præceptoribus acceptum feratis, cūm nec ipsis à uobis metuclius quid reperire possitis, illorū tantum uerbis addicti, hoc se ita habente, quod subiectum operiri accidens oportet, quo se uestræ quadripartiones conferent? quorsum uestra cholera? quorsum uestri humores? quorsum qualitates? quorsum quoque sex res naturales & totidem innaturales? Hæccine Medicæ professionis ratio esse debet? proinde mirari desino tantam ubiqut tam in ædibus, quam in plateis languenium phalangem, ac infinitam multitudinem.

C A P V T X I.

Variatione proclaimare audetis, humores, complexiones, qualitates, &c. quocūqupro elo esse consideradas in medendis morbis, quando ad nullum morbi propulsandū hæc speculatio attineat satisfaciatur? Nec mibi unquam persuasum erit, sufficere signis hic aduersum me agi, aut mortalis fragilisque, cuiusdam non Christiani hominis autoritate, quibus tamen uos estis hactenus innixi. Respondebitis enim ac tandem admis-

admittetis mihi, Theoricam uestram, & diffici
les illas uestri fundamenti subtilitates, præter
subiectum nihil esse aliud: ubi igitur permanebit
essata anatomia, unde morbus exoritur? Negoti
um profectio uobis non parum incumbit cum om-
nibus uestris codicibus, quibus tantisper confi-
ditis, ut cum microcosmū insimuletis, re ipsa sic
se habere conuincimini, qui tamen hoc? nam co-
dices uestros & authores, uobis uestris uxoribus
et liberis, popinæ ac cellario utiliores esse, quam
uel me, uel mea scripta, libens concedo, uerū ne
hinc uel uobis honoris quicquam, uel male affe-
ctis corporibus non nihil commodi proficiunt, in
uniuersum nego. Summatim autem ac conclusiue
rem expediendo semel dico, præter mera mendac
ia nihil esse aliud, nec ulli sincere medicinæ
ueritati ullo modo finitima, quæcumq; maiori
parte ex uobis haclenus tanto opere arriserunt, hu-
ic nostræ rationi contraria. Feratis me obsecro pa-
tienter, qui non fucū facio: nam satis diu ue-
stris concionibus & ego aures & quas sperando
recantationes sequitur uerasq; resipiscientias
præbui, tame si sp̄e frustratus sim & uos, modo
corpori ac culinæ prouisum sit, quo pacio & ani-
mae consulatur non multum iorgueni. Proce-

22 / DE ANATOMIA
piū autē, quod me de uobis experimētatoribus
male habet, est, quod sic uno eodemq; ephippio
(quod aiunt) ad omnes ut amini equos. Quod si
alicui Franco equiti usuueniret, uocaretur pla-
nē insulsus, ac suæ artis parū expertus, uosq; Pi-
leones (sic enim uocare uos libet, cū rubris tan-
tis per pileis gloriemini) multo estis insulfiores
magisq; inepti, ubi semel prospere res cesserit, u-
biq; sic procedendum citra omnem rationem ar-
bitramini, id uero quām ridiculum?

C A P V T X I I.

Verum quò tandem effata anatomia aggre-
diar, dico hoc summum ac præcipiuū rei ar-
gumentum esse, quod corpus physicum nullo mo-
do considerari oportet ad morbi originem, nec
in subiecto quicquam agi, neq; in eo morbum in-
quiri, sed perinde est, ut de pomo, quod unde nā
crescat: promite quæso si quid habetis. Num ex
terra dicitis? erratis: primū est enim subiectum.
An ex ligno? neq; hoc uerisimile, nam rei subie-
ctum est: non alius medius fidius hac de re loqui
mini, quām si caput per fenestrā protrudēte ali-
quo, dicat quis ex domo cum uel fenestra nasci,
an quia gallinae pullus ex testa caput rostellum e-
rumpat, ex uno procreari eum cōfessim dicetis?

tota certe

tota certe (quod dicitur) uia, totoq; cœlo erratis;
 Quanquam rudiores & qui parum rē intelligūt,
 astipulaturos uobis nō dubito, quoniā uos egre-
 gij uenerabiles domini Doctores, omnia & cre-
 dere, & agere, uobis probè licere putatis. Neg.
 Aristoteles quidem in singulis mecū sentit, ne-
 que hi mihi credūt aut unquam credituri sunt,
 qui arbitrantur Deum, Deū illum aeternū, qui
 ante Galenum regnauit, tempore Galeni impe-
 rauit, non amplius inspirare, docere, regnare &
 gubernare, Christicolisq; totam cognitionē atq;
 Ethnicis largire uelle, posse & nunc perpetuo
 tribuere, ex quibus sunt qui me multoties de-
 ceperunt, quine adhuc conantur, quiq; suę tan-
 tum rei student: Attamen iſ fidē mihi habebūt,
 qui I E S V C H R I S T I potentiam, mis-
 ricordiam et liberalem gratiam, donaq; spiritus
 sancti recte synceriterque expendunt, noue-
 runtq; autho itatē nūspīā ab homine in arduis
 negotijs petendam, sed à Triangulari in primis
 lapide quē sui non receperunt reprobaueruntq;
 & iſ qui certa ratione methodoq; homini proxī
 misq; succurrentū experii sunt, à quibus utraq;
 anatomia bellè dinoscitur, & iſ qui non respe-
 cūm personarū sed rei absq; similitate ponder-

rationem habent. Plus hercle eruditionis in nostris bibliothecis existimasse, quam ut idiotas demum uestrae causae testes adducere cogeremini, ut si quis ex specu aliquo prodeat, inde eum statim procreaturn persuadere nitemini.

CAPUT XIII.

Icite obsecro, unde nam urina prouenit? unde sterlus? utrum ab Hepate urinam producitis? quo pacto sic esse probabis? an ex renibus? tum enim profectio me admones militis cuiuspiam, ex Mantua Neapolim proficiscentis, dicentisq; se uenire à Capua. Ceterum de stercore, utrum ipsum ex stomacho uenire dicis? quo ergo tandem pacto habet stomachus, aut quale nam est uas illud, in quo tantum cōtinuè est steroris? Utrum ex intestinis? hæc esse eius hospiciū nequeunt, ut ne dicā interim huiuscmodi generacionem anatomicæ effatae cōuenire, non Cosmographiæ, neq; miror (quandoquidē dicitis puerū in matrice nasci, nec aliā habere causam, quam ut per uulnā egrediatur) uos tā insulsa argumenta producere, quid tandem de plasmate isthuc uobis uidetur, utrū ex subiecto proficiscatur, an ex effato? aut quoniam pacto in matrice nascitur? an hacenus unquā animo uolutastis, quod quicq; ingredi-

ingreditur, sūn quoq; habere exitum oporteat? sic igitur poma nascuntur, sicq; nascuntur & morbi, despicite itaq;, qui sit parēs morborū, & anatomiam effatam esse inuenietis.

C A P V T X I I I .

T autem sciatis unde nam urina & sterlus
 V proueniāt, ex patina nempe ac poculis: Vnde aut puer, ex ossibus: Vnde uero poma, ex centro seminis, haec res omnes sunt inuisibiles, solum enim corpus subiectū est. Itaq; animo peruoluite, quā nam pomum in arboris truncum ac ramos perueniat? quā uero arbor ex terra prodeat? & quo padlo in matricē puer? Quando sic præmansum uobis in os inferatur, nullis plane dentibus opus habebitis: Nisi enim per os ingredias-
 tur, unde quæso aut urinā accipies, aut sterlus? quid nam igitur tibi cū subiecto negotij est, cūm tam nullam præfus habeas effati notitiā? Id unum à te scire percupio, unde nā est in uesica la-
 pis? an ex loco, cui inest puenire dices? tum cor-
 pus iam mortuū, quod in uita sat is firmū effice-
 re nō poterat, in tumulo planè pficit. Vnde nā
 tartarus puenit? unde arena? Vtrum à renibus,
 aut regionibus eorū? qui nā hoc accidit? edoce-
 te obsecro. Aut si hoc nō multis, uel à me edoceri

nō pudeat, quod nisi p̄ os ingrediantur, aut inde mineralia separantur, nunquā fore, ut uel tartarus nascatur, uel lapis, uel arena. An non miramini cur eiusmodi uobis argumenta proponā, impellunt me huc tam immensa uestra mēdacia quōd adeo obliuiscimini, quānā corpora mineralia in cibo delitescāt, multo q̄ minus animadueritis, quo pacto separationes tartari in Microcosmo cōtingant. Nunquid igitur tales uos Doctores estis?

CAPUT XV.

AT qui ut tandem rē expediā ac summatim dicā, oēs sane morbi à peregrino ueniunt in subiectū ex quo sequitur, quot poma, quot nubes, quotq̄ fructus alij, totidem etiā esse morbos, & non pudet uos interim ea in quatuor secare partes, scilicet: hoc Melācholia est: hoc cholera est &c. Considerate elementū ignis, ex quo tam nix quam puluis puenit, tam frigus q̄ calor. Similiter etiā quotquot eiusmodi accidētia sunt ignitarū impressionū, totidē sunt etiā ægritudines in Microcosmo, et quotquot mineralia, totidē etiā morbi, quotquot tereniabin, tot itidē & morbi. Quid ergo uos saltē de humorib. p̄ urefactionib. corruptionib. q̄ philosophamini? Nūquid sa-

quid satellites estis, qui ad hunc modū corrūpi-
tis? Quādo morbos tā studiose īdagare curiosi-
tas est, edocete me iterū atq; iterū rogo, unde nā
Sauiā nascatur? Nungd ex cholera dicitis? iñ
certe tellurē afficitis iniuria: Si enim oēs quatu
or ex terra nasci affirmatis posse, tū et uosmet
ipsoſ, ac uestros languētes decipitis, ut taceā q
mibi forte obijcere poteratis, quis Cacedonioſu
os tribuat colores: utrum Melancholia? an san
guis? Quis Melissæ ſuas uirtutes? nū phlegma?
nequaquam. Quod ſi forte dicatis, quid hæc ad
humores? Non minus uos uel illud latere, q mor
borū quorūcunq; originem: Nam in utrisq; idē
eft intellectus. Sed quod nec extrinſecū quidē co
gnoscitis, quiſnam ille unūquodq; diſpoſuerit,
qualecunq; tandem uobis, uestræ ignorantia oper
culū, phantasia ſuppeditat, ex quatuor uidelicet
humorib. Hē uos, q estis ſcilicet p̄bē inſtructi?

CAPVT XV I.

*V*nquam me intellexiſtis, cur Astronomus
NAtrū declareret, quum de natura planetarū
loquitur, et ſignorū ascendētiū, deq; cōuancilio
nibus, cometis, et his ſimilibus? An exiſimatis
de corpore eū loqui, hoc eft, de eo, quod uomen
ſlaturā habet? Nequaquam hoc præſumit, ppo
nit.

nit enim sibi suum Effatū, ueluti de Sole, cuius pulchritudo calorē non dat, neq; lunæ rubedo e-
andē tribuit naturam, pīnde atq; flava cæsaries,
aut citrina, nullum corpori calorē aut emolumē-
tū adiicit, ita etiā hoc Effatū iuuat. Quod si cor-
pus assumeret, ubi nam pmaneret earundē natu-
ra? Naturā itaq; assumūt et corpus missum fa-
ciunt, cūm uos ergo in Microcosmo aliter agen-
dum ducitis, quām eiusmodi pcessus indicat, in
omni uestro conatu errore uos circumduci (id
quod certe fit) necesse est. Contemplemini homi-
nē, qui uiuit, an ipsum caro foveat, aut ipse car-
nem, utrum uita et corpus unum sunt, an duo:
Quod nam igitur illorū sustēt at alterū? An non
hoc uerum est? id quod amittimus, nec unquam
amplius uisuri sumus, hoc ipsum est, quo de lo-
quimur, alterū enim q; manus attrectant, quid
nam habet, quod medico pficiū sit? Velut cū
antrax nascitur, qd eum pficit? num sanguis et
caro? quonā ergo pacto in antracē ingrediūtur
adite obsecro: ubinam est suū tēpus? unde eius
pficisciūt signa? Quod si neglecto corpore dice-
retis, Antrax puenit ex spiritibus uitæ, tum de
mū re uos acutetigisse cogerer credere, uerū hu-
ijs rei uniuersæ summam hæc est, q; ex morte id ē
gnoscē

gnoscimus, in hanc sententiam, quia hoc, quod nobis effugit, utramq; et pspera et aduersans præstat ualeudine. Qua de causa non est quod miremisi, cur in cœlo cancer sit, quod ue præditus sit pedibus, nec qui in cœlo est caper, uiridi busne sit cornibus insignis, an lasurijs: Quim potius uitæ eorū expendite, que formas illas excel lit oës, hinc enim et sanitas pficiuntur et infirmitas. Quod si uero quoquam modo bonos uos esse medicos nauarciis operam, id tamē quod ue strascripta, ac receptorū descriptiones minime declarant, tum hasce differētias in simplicibus etiam obseruaretis, ita ut relinqueretur corpus, solamq; eximeretis uirutē: Nam uirinq; tam in Microcosmo, q; in pfessione medica, utrūq; corpus nullius est usus, uerū potius uita in uita, atque hæc est anatomia, qua de in præsentia nobis sermo est.

C A P V T X V I I.

Sed quid hoc sibi uult, quod Iuristas, Theologos, Artistas, Sophistas, et eius farinæ homines in me irritare contēditis? qd mihi cum illis, aut illis mecum negotij est? Quod si mihi, ut medico essent similes, sat profecto à me responsi quod sufficietur eis esset, acciperent. Tametsi fate-

ar om̄

ar omnes professiones innatam quandam habere in se artē medicā industriā, non tamē alia ratione, q̄ non nullis uetulis inhæret: Alius namq; perlegit, alter uero auscultat, & quo quisq; slido ducitur, eo & hanc finge debere existimat. Verū uos ipſi circū ſpicite, quo pætio clauam hanc ē manibus meis extorqueatis: Neq; enim me terribitis obiurgatione hac turbida, Theophrastū quibusdam peregrinis uocibus uti: quoniam ex ijs plus honoris, q̄ ignominiae adepturū me non diffido: Non enim aliam ob causam, peregrinæ uobis sunt, q̄ quod nunquā cœlū mutatis, domi perpetuo instar testudinis desidētes, si qd à quotidiano usu paulisper discrepet, aut ppter consueta ſingulis ſeptimanis emporia cōtingat, extēplo neq; hircos nec capras inter ſe dignosci tis. Quin ſemel nūdinas acceditis Frācofordianas ac cathedrā apud Moscouitas in ſpiciatis, qd ue toto penit' orbe remoti agāt maris incola? tū enim uestrū puerbiū facile uobis excidet, quo ſubinde uitimi. Ego nescio, non eſt in uſu, ego nunquā audiui, nunquā ego legi, ego nunquā uidi, Hæc enim omnia ubi primū peragrat et experti fueritis, quām à gētibus ſeduelli hac tenuis & perditis ſitis, facile animaduertetis, Nec tamē idcir-

idcirco magis, quætulus aliquis canis lori impatiens, ad meliore frugē reducemini, tot animos in erroribus adolescere, dispediū est: Nam ut meliore à me instrunctionē, non dico postuletis, uerum expectatis tantum, pudor prohibet, ac ridiculum planè foret, nec præter ignominia, si uestrum tam pulchre dispositum ordinem sic negligatis, meum autem consilium perpetuo fuit, neglectus et nominis et colorum, idq; quo minor esset deceptio maiorq; intellectus. Tametsi probescio, uos à uestris egrotis liberalius ac longe melius muncrari, quam à uobis ipsis: hinc facile coniunctionē uestra ob id solum institutam. Pro inde cū tantisper uester animus respiciat eō, ad æs minimum et crumenam, nō hinc penitus reuahere uos consilium est: Quandoquidem fateor, non parum uobis inde frugis acquire, nempe ex illo ædium, uestimentorum, annulorum tum pulputis tam ambitioso apparatu, adeo omni codicū genere refertis, ac lingua deniq; tam feliciter eloquente. Verumtamen hinc accidit, ut minus mirer, lenones, carnifices, profugos, ac omnium rerum deploratos apostatas, aduocatos, et quid huius generis est, quod præsegnitiæ uitium nullatenus aliter queritare potest, in uestris

Se conferat sodaliciū, quum uxorūq; rātio, tāns
uestra, quām illorum, ita pulchrē conueniat, ut
fermē sit eadem. Eloquor hoc ingenuē, magis ex
republica fore, medicos eiusmodi ē medio tellī,
quām sic impunē ferre, cum conservato uno atq;
altero sexcentos ex diuerso perdant. Quām pro
spere eius farinæ fex commixta est, ut Arabes,
Graci, Galliq; & Latini quoq; tam pulchrē cō
ueniant? O quām aures mīi i tinnient. simulac
hæc mea scripta pellebituris sunt. Poteratis ne
purpuram potius, quām huiusmodi uiles conte
xisse pannos, ac ita cētones offentare, ta
met si ne sic quidem alicuius mo
menti futuri.